Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Probasti domine cor meum. gr. et visitasti nocte. V. Igne me examinasti et non est inventa in me iniquitas. Alla. Levita laurentius bonum opus operatus est qui per signum crucis cecos illuminavit et thesauros ecclesie dedit pauperibus. Ewangelium Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti. require in com. martiris pontificis. Offm. Confessio et pulchritudo in conspectu eius scitas et magnificentia in sctificatione eius. Accipe qs domine. secr. munera dignanter oblata et beati laurentii suffragantibus meritis ad nostre salutis auxilium provenire concedas. co. Qui michi ministrat. post co. Deus cuius caritatis ardore beatus laurentius edaces incendii flammas contempto persecutore devicit, concede: ut omnes qui martirii eius merita veneramur protectionis tue auxilio muniamur. P. In festo beati tyburtii In virtute. cum ceteris.

Beati tiburtii. Oro. Beati tiburtii nos domine foveant continuata presidia: quia non desinis propicius intueri, quos talibus auxiliis concesseris adiuvari. Per dominum. secr. Adesto domine precibus populi tui adesto muneribus: ut que sacris sunt oblata misteriis tuorum tibi placeant intercessione sanctorum. post co. Sumpsimus domine pignus redemptionis eterne; sit nobis qs intercedente beato tyburtio martire tuo vite presentis auxilium pariter et future. De sancta clara virgine memoria suo modo. Et qui de ea missa fuit celebranda introitus. Dilexisti. cum ceteris in commune. In festo beati hyppoliti sociorumque eius martirum. Iusti epulentur. cum ceteris suo ordine in com. Sancti martiris tui. Oro. hippoliti sociorumque eius qs domine veneranda festivitas salutaris auxilii nobis prestet augmentum. P.